

6982 Taurinis in moenibus rep. ARIOST. 1723 et POSTERIORES. Ego non repperi.

GLITIO · P · F · STEL  
O · AGRICOLAE · CO

Ariostus n. 14; Mur. 310, 2; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 25. A prioribus Promis p. 318 n. 127.

2 CO pro O Ariost. — AGRICOLA · F Mur.

6983 Moriondi in castello. Cuius castelli dominus cum alios titulos eo attulerit ex Beinasco, hunc quoque advexisse videtur aut ex oppido Taurinis aut ex agro suburbano.

q. p. GLITIO · P · F · STEL  
atili O · AGRICOLAE · CO. ii

Lumbroso repperit et dedit per Promisium. Fortasse non diversa a praecedente.

6984 in museo Taurinensi.

ΚΟΙΝΤΩ  
ΑΤΕΙΛΙΩ

ΓΑΙ ΦΙΛΗ ΠΙCΤΗ ΚΑΙ CΥΝΓΕΝΙC ΚΑ  
ΤΩΝ ΑΝΕΙΚΗΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ  
ΠΑΤΡΩΝΙ

Descripti. Ed. Maffei M. V. 226, 9. 10; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 1, 185 aere expressam; C. I. Gr. 6763; Promis p. 319 n. 128.

Recepi extra ordinem, licet Graeca sit. Callistratus (Dig. 27, 1, 17, 1) Iliensibus adscribit coniunctionem originis Romanae; iidem C. I. Gr. n. 3609 Agrippam honorant τὸν συνγενέα καὶ πατέρα τῆς πόλεως.

6985 forma litterarum et lapidis figura, quae vasculum imitatur, suadet, ut attribuamus Glitio PROMIS. Taurinis in horto pensili aedium Pingonii PINGON. In hortis palatii GUICH. Nunc in museo. — Pagni prope Saluzzum MALACARNE.

CIVITAS  
EXPANNO<sup>nia</sup>

Descripti. Pingonius p. 106 (inde Grut. 495, 6) Guichenon 1, 73 ex lapide; Ariostus n. 31; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 75; Malacarne *trattenimenti* cod. reg. Taur. n. 114; Promis p. 322 n. 130 (cf. p. 507).

... CIVITAS ... | ... EX-PANNO<sup>nia</sup> ... Ping. sup-  
plens; C-IVLIA | EX-PANNO Malacarne.

6986 forma litterarum et lapidis figura item vasculum referens hanc quoque suadet ut Glitio attribuamus. Taurinis apud Gazzeram antea, hodie apud academiam scientiarum.

—NACATIVM  
IA · PATRONO

Descripti. Ed. Promis p. 343 n. 133a et curis secundis p. 505 n. 133b.

Titulum ne coniungas praecedenti, obstat et forma naturaque lapidis diversa et mensurae; nam cum n. 6985 habeat litteras altas v. 1 milim. 36, v. 2 m. 35, interstitium m. 32, huius sunt litterae v. 1 m. 37, v. 2 m. 29, interstitium m. 35 (sequor in his quae Promis ad me scripsit, non editionem). Promis quod supplevit *civitas cornacativm* | *ex pannonia · PATRONO* collato Plinio 3, 25, 148, eo refutatur, quod postea lapidem inspiciens v. 1 ante N deprehendi vestigium litterae E.

cal/AGC<sup>rritani</sup>  
ex hiSPANIA C<sup>teriore</sup>  
PATRONO

Gazzera ms. Supplevit Promis p. 321 n. 129. Omnino Agricolae est legati scilicet Hispaniae citerioris.

Magistratus et sacerdotia Q. Glitii P. f. Stel. Atilii Agricolae enumerantur hi:

A. in omnibus n. 6974—6987 aut sunt aut fuerunt

1. sevir turmae .. equitum Romanorum.
2. Xvir stlitibus iudicandis.
3. tribunus militum legionis I Italicae.
4. quaestor divi Vespasiani.
5. aedilis curulis.
6. praetor.
7. legatus citerioris Hispaniae (sic n. 6974. 6975, Hispaniae citerioris n. 6976. 6977. 6980). Imperatoris nomen non enuntiatur, quod fas non fuit nominare Domitianum. Legatio autem cum et praetoria sit nec adiectum sit *pro praetore*, intellegenda est non provinciae universae, sed iuridici.
8. legatus legionis VI ferratae.
9. legatus pro praetore imp. Nervae Caesaris Augusti provinciae Belgicae n. 6974. 6975, legatus pro praetore provinciae Belgicae divi Nervae n. 6976 seq.
10. VIIvir epulonum.
11. consul.

B. Accedunt in n. 6976—6979

12. legatus pro praetore imp. Nervae Traiani Caesaris (sic n. 6976,

Nervae Caesaris Traiani n. 6977. 6978 et fortasse n. 6979, Caesaris Nervae Traiani n. 6980) Augusti Germanici Dacici provinciae Pannoniae, donatus ab eodem bello Dacico (bello Dacico *om.* 6976) donis militaribus hastis puris IIII, vexillis IIII, corona vallari, corona murali, corona classica, corona aurea (sic n. 6976, corona vallari murali classica aurea hastis puris IIII, vexillis IIII n. 6977. 6978. 6980).

13. consul II (a. p. C. 103).

C. Accedit in n. 6978—6981.

14. sodalis Augustalis Claudialis.

D. Accedit in n. 6980.

15. praefectus urbis.

Scripti igitur sunt n. 6974. 6975 vivo Nerva, qui obiit a. 98 m. Ian., reliqui post finitum bellum Dacicum a. 102 susceptumque ab Agricola alterum consulatum anno sequente non ordinarium, sed ut imperatori consuli V ipso mense Ianuario Agricola succederet. Annus determinavit diploma vol. III p. 864 datum a. d. XIII k. Febr. M. Laberio Maximo II Q. Glitio Atilio Agricola II cos. Apud auctores Agricola non nominatur, nec magis stirps eius. Nam ea num eadem fuerit atque Glitiorum Gallorum (v. ad n. 5345), Glitius Vistiliae maritus nominatus apud Plinium h. n. 7, 5, 39 quinam fuerit, denique lex Glitia (Dig. 5, 2, 4) a quo Glitio nomen traxerit, ignoratur.